



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè  
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac  
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per  
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

**Limpens, Ferdinand**

**Coloniæ Agrippinæ, 1744**

Homines variæ fortunæ. Divites.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](#)

## Latrones.

**D**omus mea domus orationis est, vos autem fecistis illam speluncam latronum. Luc. 19.  
 Lascivientes in templo juvenes & nudè vestitæ  
 puellæ per oculos velut vitra caustica accenden-  
 tes ignem Venereum. Crucifixi sunt cum eo duo  
 latrones. Matth. 27. Hanc infamiam pro te sus-  
 stinuit Christus, & tu pro Christo non voles pati  
 confusionem ? quod unus latro in peccatis mor-  
 tuus sit, est mors ordinaria juxta illud, qualis  
 vita finis ita. Quod alter conversus salvus fa-  
 ctus sit, est medicina extraordinaria, ne pecca-  
 tor agonizans & tempus pœnitendi habens de-  
 speret. Sed & mira vis gratiae, quod primus  
 quasi Apostolus Christum ex cathedra Crucis  
 promulgans Apostolis fugientibus fuerit latro.  
 Duo latrones invisibles Christum crucifigentes  
 sunt amor ex parte Dei, peccatum ex parte ho-  
 minis. Hinc S. Franc. Salesius sæpè ingeminabat:

Aut amor aut furor est, qui te bone Christe  
 peremit,

Et amor & furor est, hic meus, ille tuus.

## Homines varia fortuna.

## Divites.

**N**on timeas, cum dives factus fuerit homo,  
 & cum multiplicata fuerit gloria domus ejus,  
 quoniam cum interierit, non sumet omnia, neque  
 descendet sum eo gloria ejus. Ps. 48. Divitias,

132      Pars secunda de elevatione  
quas devoravit, evomet, & de ventre illius ex-  
trahet eas Dens. Job. 20. Popule meus, qui u-  
beatum dixerunt (adulantes & te confirmantes  
in amore terrenorum) ipsi te decipiunt, & viam  
gressuum tuorum dissipant. Is. 3. Duo rogavim-  
ne de neges mihi, antequam moriar. Vanitatem  
& mendacia longè fac à me, mendicitatem & di-  
vitias nè dederis mihi, ne forte satiatus illiciat  
ad negandum, & dicam: quis est Dominus? aut  
egestate compulsus furer, & perjurè nomen Dei  
mei. Prov. 30. Moderata fortuna optima &  
constantissima.

Pauperes.

**E**tiam proximo suo [consanguineo] pauper  
odiosus erit, amici verò divitum mulci. Prov.  
14. Facite vobis amicos de mammona iniquitati.  
Luc. 16. Feneratur Domino, qui miseretur pa-  
peris. Prov. 19. Et hinc Beatus qui intelligit su-  
per egenum & pauperem, in die mala liberabit  
eum Dominus. Prov. 40. Et benè Poëta:

Munera ne numera, miseris quæcunque de-  
disti,

In cælis numerat munera ipse Deus.

Parcer pauperi & inopi, & animas pauperum sal-  
vas faciet. Ps. 71. Nè avertatur humiliatio factum  
confusus, pauper & inops laudabunt nomen tuum,  
Ps. 73. Tibi derelictus est pauper, & orphanus  
eris adjutor. Ps. 9. Nonne Deus elegit pauperes  
in hoc mundo divites in fide & heredes regni, quod  
repromisit Deus diligentibus sc. Vos autem exho-  
norassis